



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 27. Ferdinandus Infans ad Cæsarem missus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

**Sæcul. XVI** potentius esset, ibidemque Rex appul-  
**A G 15:7** lisset, tum quod Belgæ Ximenium Car-  
 dinalem utpote fatis jamjam erectum  
 haud ultra pertimescerent. Nihilominus  
 Castellani ægerrime ferebant, quod Ca-  
 rulos in eorum patria Magistratum ho-  
 nores Arragonensibus, Belgisque defer-  
 ret, quapropter in hisce comitiis Valli-  
 soleti celebratis Regem inducere adlabo-  
 rabant, ut juramento promitteret, quod  
 alienigenis nunquam publica concessu-  
 rus officia, nec pecunias extra Regni fi-  
 nes transferri passurus foret. Diu acri-  
 terque hac super re disceptatum, tandem  
 vero crebra deliberatione ultro citroque  
 habita, petitionis asperitas ad Regis vo-  
 ta hunc in modum temperata est: I.  
 Ambo hi articuli instrumento inserantur;  
 II. Rex Catholicus duntaxat generatim  
 juret, se pro more Prædecessorum suo-  
 rum illos adimpleteurum. Hac ratione,  
 cum tota Castellanorum petitio nonnisi  
 novitas esset, quam introducere tentabant,  
 Rex juramenti sui Religione nullo pa-  
 sto obstringebatur.

### §. XXVII.

*Ferdinandus Infans ad Cæsarem  
 missus.*

**H**is ita compositis, de Infantis discessu  
 agebatur. Haud parum repugna-  
 bat

bat Princeps, nec ex Hispania emigran- Sæcul. XVI.  
di desiderium ei ingerebat importunitas A.C. 1516.  
eorum, qui eidem exponebat, præsentiam  
ejus in Cæsaris aula oppido necessa-  
riam esse, ut imperii Successionem Au-  
striae Domui assertam servaret. Ni-  
hilominus Princeps cedere compulsus est,  
& classe ad discessum instructa e portu sol-  
vit, ac in Belgium delatus, paulo post  
ad Cæsaris aulam contendit, nil iniquius  
ferens, quam quod subrogatis nonnisi  
Belgis, atque Germanis, omnes ejus Mi-  
nistri Natione Hispani ab ejus obsequio  
dimoverentur; quippe hos inter Petrus  
Martinus de Gusmano supremus Ordinis  
de Calatrava Commendator Principis  
Gubernator ad suas terras secedere, Al-  
varus vero Osorius Asturicæ Episcopus  
eiusdem Magister ad suam dioecesim sese  
recipere jubebantur; Ambos enim Ca-  
rolus singulari insectabatur odio, eoquod  
Ferdinando improba suggestissent consilia,  
eidemque adversus Regem Catholicum  
invidiam inspirassent. Quis vero in co-  
mitiis, quæ Carolus in Arragonia habuit,  
rerum successus fuerit, Anno sequenti  
referemus.